



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sulpici[i] Severi Presbyteri Opera Omnia**

**Sulpicius <Severus>**

**Amstelodami, 1665**

Phaceia Rex Israel.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11490**

2 fidiis, 1 exemplo facti sui, periit. Mane creptum Sellæ  
 3 imperium tenuit, 3 filioque Pache reliquit. Eundem vero  
 4 Pache quidam ejusdem nominis 5 interemit, 6 regnumque  
 4 occupavit. Mox 7 ab Osee peremptus, eodem scelere quo as-  
 sumperat, imperium amisit.

LXXXVI. Hic

Manes hæresiarcha nomine. Utriusque  
 vero nomen Paracletum sive consolato-  
 rem significat. *Usserius.*

1 *Exemplo facti sui periit.* Quod eve-  
 nit olim Zambri, ut regnum Elæ per  
 vim ereptum, septem tantum dies te-  
 nuerit, idem quoque Sellæ contigit, qui  
 uno mense regnavit. *Sigon.* Nam Mana-  
 hem nomine Regis sui Zachariæ Thir-  
 zam obsidens, audita cade ejus, Sellu-  
 mum quoque sustulit, & imperium ra-  
 puit. *Joseph.*

2 *Imperium tenuit* ] II Reg. 15. 22.  
 Vir immani crudelitate, qui ne præ-  
 gnantibus quidem sceminis pepercit.  
 Quod ante eum & Hazaël fecit, Rex  
 Syriæ; & post exercita hæc crudelitas  
 tum alibi, tum in vesperis Siculis. Tales  
 Manahemi, infelicissimo seculo nostro,  
 Germaniam omni immanitatis genere  
 exhauriunt. *Horn.*

3 *Filioque Pache reliquit.* Cum re-  
 gnasset annos x. usque ad l. annum A-  
 zaria. Hic primus Assyrii viam in Is-  
 raëlitidem ostendit, vocato contra Thir-  
 senses Phul Belocho. Qui videtur Beles  
 Diodori esse, socius Arbacis in bel-  
 lo contra Sardanapalum gesto. Eo ad  
 vivicomburium adacto, in quo urbs  
 Ninive in cineres subsedit, solus qui-  
 dem Arbaces in Monarchia successit,  
 Beleses tamen præfecturam Babylonia  
 & Assyriæ obtinuit, ac paulo post titu-  
 lum regium, vel sponte Arbacis, vel  
 per rebellionem, sumsisse videtur. Vide  
 Petavium 9. de Doct. Temporum 35.  
 & 10. 3. Pache Paccia est 4. Regum 15.  
 25. Pacea in Chronico Eusebii. *Drus.*  
*Ὅς τῆς πατρὸς καὶ ἀρχαίων ἡρώων  
 ἀμύτην, δυνάμει ἐτε(ι)μόνοιοι ἠρέεν.  
 Joseph.* Usserius ostendit Phul fuisse pa-  
 trem Sardanapali, qui inde dictus Sar-

danpul, ut Merodach Baladan, Efaiz  
 cap. 39. 1.

4 *Pache quidam ejusdem nominis.* Hic  
 in fonte Phacee dicitur, nomine quidem  
 affini & cognato, sed tamen alio diver-  
 soque. Græci quoque in his nominibus  
 variant. Nam Phaceia in eorum libris  
 vocatur φακείας, alter autem φακίς  
 ὁὗτος ῥόβελικ. Sic edit. Romana. quam  
 nunc solam consului. Hic Phacee re-  
 gnavit ann. xx. Sub hoc Theglath Pha-  
 lassar Rex Assyrius magnam partem po-  
 puli transtulit in Assyriam. 4. Reg. 15.  
 29. *Drus.*

5 *Interemit.* Δολοφονηθεὶς ἐν συμ-  
 ποσίῳ ἐπὶ φίλων ἀπέθανε, φακίς ἡ-  
 νός, ὅς ἦν χιλιάρχος ἐπιβαλόντων  
 τῶν αὐτοῦ. *Joseph.*

6 *Regnumque occupavit.* Et cum Ret-  
 zin Rege Syriæ Hierosolymis obsessis,  
 Judæorum cxx. occidit in prælio, ce-  
 millia abduxit. Achaz Rex Judæ, post  
 hanc cladem, evocato Tiglat Pilessere  
 Assyriorum Rege, Damascus capit;  
 qui Syros, & ex Israël quinque tribus,  
 Rubenitas, Gaditas, dimidium tribuum  
 Manasse, Zabulonitas, & Nephthalitas,  
 in captivitatem abduxit. 4. Regum 16.  
 Joseph. 9. cap. 13. Et sub eodem Tiglat  
 Pilessere, Babyloniis ab Assyriorum  
 dominatu deficientibus, Nabonassar  
 novum regnum Babylonicum erexit.  
 De quo vide Scaligerum 5. De emenda-  
 tione Temporum, & alios Chronolo-  
 gos.

7 *Ab Osee peremptus.* Vocatur Hosee  
 filius Ela Ἀρχαίου ἐνεκα. Nam a-  
 lius erat filius Beer, cujus Prophetia  
 etiamnum extat. *Drus.* Ἀπίθωνος ἐπὶ  
 ὑπὸ τῶν αὐτῶν καὶ ἄλλων ὅτι ἰσραηλι-  
 τῶν βασιλῶν φακείας, ἐπιβαλόντων  
 αὐτῶν.